



**Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In  
Omnes Totivs Anni Dominicas**

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]  
Scriptoribus pleniſimum, cum occurrentium fidei controuersiarum  
tractatione.

**Besse, Pierre de**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

Feria II. Post Domin[icam] II. Qvadragesimæ.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56314](#)

solum voluntas diligit. Et cum miserum hoc corpus vna cū anima, gloriæ illius particeps reddi debeat, (quandoquidem tantū: quantum anima, laboravit, & sudauit) & cū id ipsum impassibile, immortale, & instar solis splendidum reddi necesse sit; obsecramus Domine, vt aptum velis id reddere & idoneum: fac vt pœnis & molestijs incumbat, ieiunia colat, austeritates & vita rigores sustinat, & in pœnitentia perseveret: fac vt genua te solum adorent, lingua te solum eſſiteatur, oculi in lacrymas tantum resoluantur, pectus singultus effundat, ac manus in corpus tantum insurgant, & de præteritis delictis ab eo vindicta exigaat: nec amplius corpus gula, & abdomini feruiat, genio nō amplius indulget, aut libidinibus impurisque voluptatibus se amplius transuersum rapipariatur. Sed fac, vt tibi vna cum anima gratum hac in vita obsequium præstet: quod ambo posthanc vitam, non dico Transfigurationem in monte Thabor, sed in cœlestib. habitaculis diuinam tuam essentiam contemplari mereātur; ad quam nos Pater, & Filius, ac Spiritus S. perducere dignentur. Amen.

FERIA II. POST DOMIN. II.  
QVADRAGESIMA.

Partitio.

- I. De Prædestinatione & reprobatione.
- II. De infelicitate anima in peccatis obdurate.
- III. Querendum esse Deum.
- IV. Metuendum & cauendum istud, mori in peccatis.

Ego vado, & quereris me, & in peccatis vestris moriemini. Iohann. 8.

F I G V R A.

¶ 5. E G I M U S in libris Paralipomenon, Azariam Prophetam, futuram Afæ Regi Iuda calamitatem, & mala quæ passurus erat, prædictisse: Quamdiu, inquit, legem Domini fecutus es, tempore tibi beneficia plu-

rima contulit, atque omnibus in rebus tibi bene cessit: quoties eius opem in negotijs & rebus dubijs intuocasti, semper tibi quam promptissime præsto affuit: & vix eum quaerere incipiebas, quin statim tibi auxiliatus occurrebat. At è contra, si semel te reluctari, & legem eius infringere, & cultum defere contigerit; vix eum relinquere incipes, quin te magis adhuc relinquet & abominabitur: & venient forsitan tempora, quibus eum quæſitus sis, & non reperturus, cum tu eum inuocaturus, & ille te neglecturus. O minas horrendas, ô præfigia Prophe-tica! omnia contingebant eis in figuris. Eiusce rei figuram, Auditores, hodierno in Euangelio legimus. Audimus hic namque non quidem Prophetam, sed Prophetarum omnium principem Iesum, Pharisæis ac Scribis eadem plane interminantem. Reluctanti aduersus me popule rebellis ac pernicax, derelinquit me, ego quoque vos omnes derelinquam; atque ex hoc iam tempore defero: & mihi credaris velim, ventura aliquando tempora, quibus me quereris, & non inuenietis, & quib. in peccatis vestris moriermini. verba horrida & terribilia: quæ vt vere ac plene intelligere possitis, Spiritus sancti auxiliū nobis adesset, intercessione Deiparæ, Ave Maria dicentes, rogiemus.

I.

Sublimia illa de prædestinatione Sancto-Prædesti-rum, & reprobatione impiorum mysteria, natio ad adeo obscura & inuoluta sunt, vt nulla vis lit ingenij quæ non cedat; nulla audacia & prælumptio, quæ non formidet; nullum peccatum; quod non pauet; nulla mens ea concipere gestiens, quæ non horreat & præmetu contremiscat. An non enim terribile & horrendum est, a dire, nedū credere, Deum ab omni æternitate creaturas suas antequā quidq; meritorum vel demeritorū facerent, has ad æternam beatitudinem, illas ad æternam supplicia destinasse? Eius odio habui, vide damnationem, Jacob autem dilexi, vide prædestinationem ad gloriam. O rem nouam & inauditam! è duobus in ventre matris conclusis, hunc ad gloriam & illum ad damnationem æternam, anteq; in lucem edantur, aut lumen solis intueantur feligi, omnem admirationem superat. Video profunda illa iudicia etiara

Mar. L

Prædesti - etiam diluuij tempore locum habuisse: hic nationis & enim octo animæ arcæ inclusæ aquis diluuij dānatio - supernatant, ecce prædestinationis figuram: nis figura. illic vero reliqui omnes naufragium patiuntur, & vndis immerguntur; signum hoc reprobationis. Eius vero rei è veteri vobis testamento figuræ deponit.

**Dan. I.** Nabuchodonosor cum Ierosolymorum ciuitatem destruxisset, pulcherrimos quoque & forma decoros ex Hebræorum pueris feligi iussit, reliquos in captivitatem abduci. Et ait rex Asaphes proposito Eunuchorum, ut introduceret de filiis Israel, & de semine regio, pueros in quibus nulla esset matula, decoros forma, & eruditos omni sapientia, qui stare possent in palatio regis. Ad eundem modum Nabuchodonosor ille cælestis, numen illud æternum, cum ab omni temporum æternitate generalem mundi ruinam & destructionem præuideret, ex ornati hominū multitudine, pulcherrimos quoque selegit, ut coram facie sua, & in aula cælesti, beatitudine æterna fruerentur, reliquam vero turbam repudiauit, atque infernalibus vinculis ac claustris mancipavit. Moses Hebræorum dux ac tutor, cum Ægypto egredetur, omnem Israëlitarum populum in duas turmas discrevit; sex scilicet tribus, è nobilibus matribus, Rachele ac Lia, aliisque liberi mulieribus prognatas, in monte Garizin subsistere, ac castrametari voluit, ut in eo populo Israëlitico benedicerent: sex vero reliquias, ignobili scilicet prosapia oriundas, & quarum matres seruæ aut vernaculae fuerant, montem Hebal è regione ad maledicendum voluit condescendere. Eodem modo & magnus ille mundi rex Deus, cum viuieros homines in mente sua præuideret, in duas eos partes distribuit, hos ut benedictionibus & gloria ab eo cumularentur, prædestinatos nimirum; illos vero ut maledictionem subirent, videlicet reprobatores, & reiectos. O altitudo diuinitarum sapientia & scientia Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius!

**Deut. 27.** Rom. 9. Nabuchodonosor ille cælestis, numen illud æternum, cum ab omni temporum æternitate generalem mundi ruinam & destructionem præuideret, ex ornati hominū multitudine, pulcherrimos quoque selegit, ut coram facie sua, & in aula cælesti, beatitudine æterna fruerentur, reliquam vero turbam repudiauit, atque infernalibus vinculis ac claustris mancipavit. Moses Hebræorum dux ac tutor, cum Ægypto egredetur, omnem Israëlitarum populum in duas turmas discrevit; sex scilicet tribus, è nobilibus matribus, Rachele ac Lia, aliisque liberi mulieribus prognatas, in monte Garizin subsistere, ac castrametari voluit, ut in eo populo Israëlitico benedicerent: sex vero reliquias, ignobili scilicet prosapia oriundas, & quarum matres seruæ aut vernaculae fuerant, montem Hebal è regione ad maledicendum voluit condescendere. Eodem modo & magnus ille mundi rex Deus, cum viuieros homines in mente sua præuideret, in duas eos partes distribuit, hos ut benedictionibus & gloria ab eo cumularentur, prædestinatos nimirum; illos vero ut maledictionem subirent, videlicet reprobatores, & reiectos. O altitudo diuinitarum sapientia & scientia Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius!

**Gen. II.** Rom. 11. Nabuchodonosor ille cælestis, numen illud æternum, cum ab omni temporum æternitate generalem mundi ruinam & destructionem præuideret, ex ornati hominū multitudine, pulcherrimos quoque selegit, ut coram facie sua, & in aula cælesti, beatitudine æterna fruerentur, reliquam vero turbam repudiauit, atque infernalibus vinculis ac claustris mancipavit. Moses Hebræorum dux ac tutor, cum Ægypto egredetur, omnem Israëlitarum populum in duas turmas discrevit; sex scilicet tribus, è nobilibus matribus, Rachele ac Lia, aliisque liberi mulieribus prognatas, in monte Garizin subsistere, ac castrametari voluit, ut in eo populo Israëlitico benedicerent: sex vero reliquias, ignobili scilicet prosapia oriundas, & quarum matres seruæ aut vernaculae fuerant, montem Hebal è regione ad maledicendum voluit condescendere. Eodem modo & magnus ille mundi rex Deus, cum viuieros homines in mente sua præuideret, in duas eos partes distribuit, hos ut benedictionibus & gloria ab eo cumularentur, prædestinatos nimirum; illos vero ut maledictionem subirent, videlicet reprobatores, & reiectos. O altitudo diuinitarum sapientia & scientia Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius!

**Gen. 49.** Nabuchodonosor ille cælestis, numen illud æternum, cum ab omni temporum æternitate generalem mundi ruinam & destructionem præuideret, ex ornati hominū multitudine, pulcherrimos quoque selegit, ut coram facie sua, & in aula cælesti, beatitudine æterna fruerentur, reliquam vero turbam repudiauit, atque infernalibus vinculis ac claustris mancipavit. Moses Hebræorum dux ac tutor, cum Ægypto egredetur, omnem Israëlitarum populum in duas turmas discrevit; sex scilicet tribus, è nobilibus matribus, Rachele ac Lia, aliisque liberi mulieribus prognatas, in monte Garizin subsistere, ac castrametari voluit, ut in eo populo Israëlitico benedicerent: sex vero reliquias, ignobili scilicet prosapia oriundas, & quarum matres seruæ aut vernaculae fuerant, montem Hebal è regione ad maledicendum voluit condescendere. Eodem modo & magnus ille mundi rex Deus, cum viuieros homines in mente sua præuideret, in duas eos partes distribuit, hos ut benedictionibus & gloria ab eo cumularentur, prædestinatos nimirum; illos vero ut maledictionem subirent, videlicet reprobatores, & reiectos. O altitudo diuinitarum sapientia & scientia Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius!

ciedus. Restituitque alterum in locum suum, ut porrigeret ei poculum, alterum suspendit in patibulo. Ex æternæ illius præscientia latibris & abditis eodem momento duo captivi egrediuntur, improbi scilicet & electi, verum diuerso fine. Electi nimirum ut regiis honoribus afficiantur, gloriosaque participes reddantur: reprobi vero ut æternis supplicijs cruciatibusque mancipentur. An <sup>Simile</sup> non eadem ex fornace ardentes prunas, & carbones attros educi videamus? non aliter quoq; è diuinorum iudiciorum fornace eodem momento & prædestinati, velut candentes prunæ; & reprobati, velut atri carbones, prodeunt.

Proprius rem adhuc Paulus visus est tecum, eum figulum ex eadem argilla vas vnu in honorem, alterum in contumeliam ait effingere. Ita quoque summus ille figurus, & omnium conditor Deus, ex eadem creaturarum suarum massa, hos in vase honoris, ut gloriae sua aliquando participant, illos vero in vase contumeliae, ut in æternam damnationem æternaque supplicia præcipitur, efformauit.

Atque hæc quidem omnia Auditores, ut hinc infinitam suam misericordiam, illinc vero iustitiae sue zelum declareret: non fecus ac rex, qui bonis & benemeritis beneficia conferendo, bonitatem & clementiam: sceleratos vero castigando iustitiam atque equitatem demonstrat. Verum cogitare vos velim, hanc quidem Electorum prædestinationem, absque illa meritorum præuisione contingere: reproborum reprobationem sine peccatorum, quæ commissuri sunt, præuisione nequam fieri. itaque ut dicere licet, non aliam prædestinationis causam esse, quam meram Dei voluntatem, cuiusque beneplacitum & reprobationis non aliam quam peccata quæ ab hominibus perpetuanda sunt. Vtrumque respectu Dei certissimum est, & necessarium: at non respectu nationis hominum. Vtrumque contingens est, & non permittari potest: at liberum nostrum arbitrio trium ac voluntas efficiunt, ut vtrumque tis, atque fieri necesse sit. Verum iam profunde noster abyssos istas rimati & scrurati sumus: non enim tendere datur vteius: timenda potius

potius sunt Dei iudicia & admiranda, quam curiosius dicendo enucleanda, & indaganda.

Evangeliū quidem hodiernum paucis vtrumque & non adeo seuere perstringit: & nonnisi exigua quadam hic reprobationis apparuit interminatio: *Queritis me & non inuenietis, & in peccatis vestris moriemini.* de his igitur minis iam loquamur, ac deinde de prædestinatione agemus.

Nihil est omnino quod maiorem animam accidit, calamitatem aut detrimentum afferat, quam si à Deo derelictam gratiaque eius destitutā potest & penitus spoliatam se videat. Quemadmodum enim nihil acerbius aut funestius regina Vasthi potuit accidere, quā à marito suo, à rege, à Principe suo spretam & despiciatam esse: ita quoque nihil tristius aut calamitosius anima euenire potest, quam à spōso suo, à rege suo, deniq; Deo esse derelictā.

Sane si cœli influxus suos cœlestes vel ad modicū tempus denegarent, tota hæc mundi machina, o Philosophi, non subsisteret, et omnia inter se cœfunderentur, ac veluti nouum chaos in refū natura exorirentur. Quid igitur de anima fieri dicemus, à qua Deus supernaturem gratiæ suæ influxum retrahit, & penitus denegat? Audite quid in hanc rem dicat David, *Anima mea sicut terra sine aqua ibi.* Eliæ precibus factum est, vt trium & dimidij auncorum spatio Samariæ agros pluvia non irrorarit, ita ut omnia circūquaque emorerentur: fluuij exsiccarentur, herba arescerent, animalia languerent, atque ubique tristis mortis facies apparet. Quid igitur faciet anima, cum illi Deus pluviam & cœlestem defluxum denegat, quando cataraetas & orificia misericordia obstruxerit & obturari.

Hinc factum est, vt quando Dominus Israëlitis timorem incutere vellet, illis eos à se deferendos interminatus sit, vt pote quanto nihil iis tristius aut acerbius possit accidere. *Valeis cū recessero ab eis,* & Ieremiam: *Erudiare Ierusalem, ne forte recedat anima mea à te.* Nihil enim adeo David Rex metuebat, quam à Domino deferi: atque ideo lacrymans orabat, *Domine ne discesseris à me.* & cum cœlum oculis tantum amississet, exclamabat gemens, *vt quid Domine recessisti longe?*

*Tom. I. Bessi Quadrage.*

ger accede iterum, accede & lamine tuo illustra.

Heilæus eam Eliam magistrum sibi erit. 4. Reg. 2. pi, ac se ab eo destituī videret, lamentabatur, ac gemebat tam insigni & tam sancto se magistro priuari, exclamans, *Pater mi, cur rursus Israel, & auriga eius.* Quid igitur rafiram animam facere par est, cum illam Deus relinquit, quando gratiarū influxum ei denegat, in primis vero, quād eo odio prosequitur: *odisti namque omnes, qui operantur iniquitatem,* quibus illam lacrymis, quibus gemiribus ac luspirijs decepsum hunc & orationem deplorare necesse est?

Hinc igitur discant Christiani, id ipsum gratiam in anima, quod anima in corpore, præstare: anima enim caduco & fragili huic Id gratia corpùsculo suum esse, vitam, sentiendi vim, in anima & cæteras omnes naturales operationes quod in subministrat. Gratia quoq; non minora animæ corpore suppeditat, esse scilicet plane diuinum, anima vitam spiritualem, rerum cœlestium gustū, præstat. & ad omnia sancta & pia opera motum & a-gilitatē singularem. Nam quemadmodum corpus hoc nostrum anima erbatum & desitutum, nonnisi exanime cadauer est: ita quoque anima, quam gratia desituit, penitus mortua est atque pabulum facta inferni, mors quippe peccatorum pessima.

*Psal. 33.* Reducite quæso in memoriam Auditores. Insignis res quod in passione Domini cōtigit prodigiū: vt scilicet Christo in cruce moriente atque ex hac vita proficisci tenebra factæ sint super vniuersam terram, vt terra Matt. 27: contremuerit, sol deliquum passus fuerit, ac tota mudi machina dissoluenda & in nihilum redigenda visā sit. Hoc ipsum quotidie in nobis accidere certissimum est: quando scilicet Christum, vt Paulus loquitur, peccatis nostris iterum cruci affigimus, cruci inquam animæ, & ille à nobis discedit: tunc tenebris vniuersam animæ essentiam cooperiri, solem rationis deliquiū pati, terram concupiscentiæ & affectuum contremiscere, peccatorum ac flagitorum sepulchra referari, columnas gratiarum diffundi, deniq; omnia interius confundi ac pessum ire cernimus. Non igitur sine causa Pharisæis comminatur, dicens, *Ego vado.*

Q. q Docuit

*Lib. 8. de  
œccl. 6. 7.*

Docuit olim magnus ille Philosophus Aristoteles, & accessum & recessum folis corruptionis & generationis in hoc inferiori hemisphærio causam existere: verum multo maior cum ratione dicere poterimus, gratia accessum & recessum, generationis & corruptionis in anima cauam esse: eius enim accessus eam à vitiis retrahit, recessus in ijsdem obdurat: ea præsente virtutes in anima vigent, merita ac bona opera efforcunt, absente vero eadem, pœna & culpæ in animam ingruunt, eamque depravant.

*Rom. 9.*

*Exod. 4.  
August. ser.  
28. de temp.  
Similitudo quo ostenditur,  
vnde peccatorem in peccatis obdurari contingat.*

Dico igitur cum D. Paulo, *cui vult misericordia*, ecce eius accessum, ecce conuersio: *& quem vult indurat*, ecce recessum, ecce obstinationem. Illic de prædestinatione sermo est, hic minæ de reprobatione. Apertius adhuc in Exodo, vbi Dominus ad Mosem ait, *Ego indurabo cor Pharaonis*. vbi Augustinus exclamat, *Nisi cum abfuerit gratia mea, obdubabit eam nequitia sua*: atque hoc egregia similitudine declarat. Quemadmodum enim cum terra tota gelu constricta est, & obdubuit, sole accidente ac radiis eam feriente, omne statim gelu dissoluuntur, ac terra emollebitur: ac sole occidente, ac radios subducente, ecce tibi iterum gelu omnia rigescere, & in primam duricem conuerti. Ita quoq; cum anima nostra fieri videmus, quæ cum congelata est: & peccati frigore, frigore in quam Boreali, cum quo Boreas noster non est comparandus, induruit, vbi primum gratia calor supernaturalis accedit, & eam radius fert, omnia statim dissoluuntur, omnia emollescunt, ac prior illa durities abscedit. Verum vbi gratia iterum recessit, omnia nouo gelu incipiunt rigescere, & peruvacia obstitutione animam inuadunt.

*Cain. 1.  
infl. c. 17.*

Deus omnibus & singulis graciā confert, qua sufficiet suo iudicio, cam haud ita liberaliter, cincter sal aut nō ita magnam confert, vt quibusdam, vari posse idq; propter grauissima, quæ prius commis-serunt, non serat delicta in quorum pœna & castigatio-

nem obstinationem illam & obdurationem tamen in anima immittit, vnde illa profecta sunt. *ficacem*

Similitudine porro & exemplo rem explicemus. Si medico diuersa & morbo contentanea medicamenta præscribenti, æger parere nolit, & in contraria partem, vetita & noxia comedendo, & a salubribus abhorrendo, annitur, ægrotū vero interea mori contingat, nulla culpa medico quasi minus petitio aut minus diligenti imputanda est: at omnia in ægrum parere detrectantem refundenda sunt. Ita quoq; de medico anima dicendum est: qui cum peccatore, veluti ægrotum præscripto suo parere nolentem, & omnia contraria facientem, defierit: quid ei grauius, vel respectu obstinationis, vel petitionis, damnationis accidit, non Deo, sed ægrotu refractio, qui proprii exitij causa exstitit, imputandum. Ieremias hinc à similitudine nostra non discedens ait, *Curaui mus Babylonem, & non est ianua: relinqua- mus eam*, & hodie Euangeli nostri lectio, *Ego vado, ac si diceret: Iam tristitia tribannis in mundo vixi, tanto tempore vobis prædicau, & vrad me conuertamini, me agnosca- tis, pœnitentiam agatis, admonui: interea tamē me & verba mea contemnatis, Omnia vobis, quæ ad sanitatem vestram facere videbatur, remedia suggesti & proposui: præstisti quidquid in perito & diligentí medico desiderari posset: igitur iam dico vobis, Ego vado: & si in peccatis vestris moriamini, non mihi, sed vobis iphis ascribendum est.*

*Ego vado, & quonam Domine? quo tendis, quo proficisceris: Mane nobiscum Domine, quoniam aduersa es, iam enim sero es, vita nostra in extremis es, ad vesperam extatis iam ferme deuenimus, cedula nostra iam ad finem vergit, exiguis nobis vite superest terminus: ne igitur nos iam deseritas: si tamen penitus tibi in animo abire insederit, nos saltē te sequamur. Sed quid? ait nos, scilicet qui non posse, iter in longinquas tere regions parare, quo sequi foret per difficile, Ego va- do quo, quoniam, & in quas regiones? quo vos non potestis venire.*

O mysteria, & res admirabiles! vadit ad passionem, properat ad crucem, quo nos, tanta & tam grauia supplicia, cruciatusque tolera-

*Heb. 1.* toleraturi, tam ignominiosam mortem subituri, sequi non possumus. Vedit peccatis totius mundi satis facturus, quo creatura nulla poterat pertingere. Vedit ad dexteram Patris, ad quam nec Apostoli, nec ipsi Angeli aspirare poterant: *Cui enim aliquando dixit Angelum, Sede à dextris meis?* nec ipsa quidem Virgo Deipara. Licet enim illa super omnes Angelorum chorus sublimata sit, non ideo tamen ad dexteram Patris in regno coelorum consideret.

*III.* *Relinquamus igitur iter hoc incognitum, & viam inuiam nobis & inaccessam: ac nostræ potius viæ insistamus, textum Euangeli prosequendo. Et queritis me, est hoc lalomachantis animi indicium, quasi dixisset: Generatio prava ac viperarum genimina, ego ē cœlo descendit ut te quærām: non aginta nouem oves in deserto reliqui, omnes, inquam, Angelorum turmas & legiones, ut te miseram ouiculam, errantem & scabie putidam quærerem. Tanto iam te quārō tempore, per decliuia & accliuia, per deserta, per agros te indago, ut ad ouile reducam, & venire renuis. Vado igitur, & scio venturos aliquando dies, misella, quibus me quæras, sed dico tibi, non me inuenies.*

*Iudæi Messianam & inuenientiam reueliūt. Iudæi, in sepulchro, & minime reperire potuistis: quæsiuunt, stis tum cum Roman. Imperatores Titus ac Vespasianus vallo vos cinxerunt. quinetiam Rabinorum scriptis, in Prophetiarum vestrarum scrutis eum scrutamini, idque ipsiſis mille & sexcentis annis, & non inueniētis amplius, abiit, decessit, euālt. Quarite igitur Christiani Christum Dominum dum inueniri potest; inueniēte eum dum prope est. &, Dum tempus habemus, operemur bonum: dum sol in huius rē nostro adhuc horizonte est, operibus in potequærendus est. cumbamus: nec exspectandum est, donec luna surgat, & ruat Oceano nox. Non est ad vesperam quærendus Deus, vsq; ad noctem non est exspectandum, nec in vita finem & senium conuersio differenda est. O nos miseris, & frigidos! nos Deum festis sacrisque diebus solum quærimus, quærimus in periculis, necessitatibus, morbis, constituti in extremo mortis articulo; at cum fortuna ar-*

ridet, & omnia nobis ad votū fluunt, illū negligimus, & è manibus nostris elabi patimur.

At in hac vita querendus est, vt peccatorum venia consequamur, non vero in altera; *Luc. 16.* tunc enim quæremus, & non inueniemus. *Matth. 25.* Serius illū inuocasti ô epulo: serius venisti *Gen. 22.* & clausā ianuā insensata virgines: numis diu ô Esau venatus es. Vos vero apud inferos damnatae animæ frustra Dei misericordiā amplius inuocari: & vos purgatoriū incolæ, nolite de Deo loqui amplius, ne eum quæratis amplius, non enim inuenietis: cum, dum inueniri potuit, eum quærere distulistis: sed tandem adhuc inuenietis, at prius negligētia veltræ supplicia persuenda fuit.

Dicitur Alexander Macedo, cum urbem Alexader aliquam obsidione cinxisset facem accende. Magnus re consueuisse, ac publica præconis vocē e- in urbium dicere omnes qui lese, dum fax maneret ac- obsidione censa, victoris poteſtati tradidissent, incolu- facem ac- mes fore: verum nullam extincta face spem cendebat, salutis reliquias superesse. Sanctus ad eundem & quam nobiscū agere modum videtur Deus, quan- ob rem. do nimirum conscientias nostras inuadit. An non auditis, ut quotidie iam in Quadragesima auribus nostris per Prophetas tubâ luâ insonet: *Conuerterint ad me, tradite vos Ioël. 2.* vestraq; omnia, aperite mihi portas vestras; & alibi: *Quarite Dominum dum inueniri po. Isa. 55.* test, quam diu vita huius fax ardet: nam ubi illa extincta erit, post mortem scilicet; nul- lus indulgentiæ aut misericordiæ locus est.

Prudenter sane magnus ille Ægypti Rex Insignis Pharaon fecisse videtur, cum fertilitatis tem- cōceptus pore, & aureo sèculo durate, horrea condi- Gen. 14. dit, in quibus frumentū reconderet, quod fa- mis tēpore in populi vsum cedret, & quod exteris ac vicinis liberaliter erogaret. Ita mihi non minus sapienter illi facere videntur, qui huius vitæ tempore, tēpore inquam fertilitatis, cum tantillo labore tantaque facilitate misericordia acquiri potest (audite enim scripturā dicentem: *Misericordia Domini plena est terra.*) thesauros meritorum condunt, animæ horrea bonis operibus replēt & constipant, ut tempore calamitatis & siccitatis à fame spirituali immunes esse possint, quæ non septem annis, ut illa famæ Ægyptiaca, verum in æternū duratura sit. Infelices por-

ro illi insipientes, qui tempore messis in horrea frumentum negligunt inuenire; cum enim eos hyems æternitatis impropositos adorata fuerit, famem patientur ut canes.

Alius cōceptus.

*Leuit. 32.*

Inter cæteras, quas Deus sibi offerri nolbat aues erat & cygnus. Quamobrem potissimum bone Deus? Est enim avis pulcherrima, initia niuis candida, & cantus suauissimi. Verum quidem, sed non cantat, nisi vbfata vocant. Est igitur cygnus reproborum figura, eorum scilicet, qui vitæ emendationem, morumque correctionem usque ad extremum vitæ terminum differunt, & prius penitentiæ threnos & palinodiam non cantant, quam iamiam ex hac vita emigraturi.

**Deus non inuenitur ibi eum inuenietis.** Iggitur ô Christianæ animæ quærite Deū, in quaum primum ut eum perdidistis, miseriñsi in meo iniquam animæ, animæ a ministris, nouatodo ribusque in errorem ductæ, & à recto veritatis tramite seductæ. Inuenietis eum in medio Doctorum, in medio veterum Patrum, non vero inter Nouatores. Hic eum inuenit Deipara, hic eum reperit anima; alibi vero non inuenitur.

**Vos vero mulieres, surgite tempestiuus,**

*Matth. 22.* estote diligentiores: surgite saltem orto iam sole.

**Insignis cōceptus.** exite è viitorum Ierusalem, emite preciosissimam operum aromata, Christum.

quærite, & videte num in animabus vestris surrexerit. Vos autem Reges & Principes relinquette Orientem, pacem cum sociis cōponite, ambitionem extinguite, mundum deserite, & ductu stellæ fidei, cum tribus regibus, pauperem Iesum Regem vestrum in stabulo iacentem in p̄fepio reclinatū quærite, *ibi eum inuenietis.*

**Philosophi Deum inquisitio-** & in omnibus quæritis, in inanibus imaginibus, in ideis, in natura, in æternitatib, in terris, in Eucharistia.

**Theologi quoque Theologi;** qui Deum in abditissimis in cruce. etiam locis quæritis: modo sc. in duabus naturis in una hypostasi substantibus, & in rubro illo ardēti incarnationis: modo alia quadam ratione, in trib. scilicet personis & una: eademque natura, in profundo SS. Trinitatis

mysterio: relictis sublimibus hisce mysteriis, & præruptis præcipitiis, in quibus non patuum erroris periculum est, venite, quærite, adorate, conspicite eum in cruce, illic enim teperietur, *ibi eum inuenietis.*

Hem auditores, si Deum quærere differitis, cum tam facile inueniri potest, si penitentiam non feceritis: venturus mihi credite, aliquando tempus quo eum quæsturi estis & non inueniuri, imo in peccatis vestris morituri. In vos hoc quadrat, hæresiarchæ, Hæreti de vobis conuerso nomine hæc fabula narratur, pestes & furia infernales, quæ quotidianie animas in exitiale periculum trahit, ac suis motis contra veritatem, cōtra conscientiam, contra Dei timorem pugnantes, vobiscum in æternam damnationem devoluitis. Reducite vobis in mentem, tragicam & funestam prædecessorum vestrorum catastrophen: triistem inquam exitum gigantum illorum, Arii, Manichæi, Pelagij. Reuocate in memoriam horrendum illum finem ac miserum virum Epilogum maiorum vestrorum Lutheri & Calvini. An non omnes hi in peccato mortui sunt? an non in extremis de venia impetranda desperantes hinc discesserunt? Cauete igitur vobis, ô sacrilegi ministri, nefariae proles, cauete, res ipsa inquam, ne in peccatis vestris moriamini, cati faciliorum parentum.

*In vos etiam, & obdurati peccatores & per mortuinas, hæc dicta sunt.* Ita namque cum omnibus suis copiis in mari rubro mortuus est Pharaon. Ita rebellis Absalon qui aduersus patrem clementissimum collecto exercitu insurgens, & nunquam peccatum volens agnolcere, expirasti. Ita vos So-

*domitæ, verbis Angelorum & Lothi minimo credentes, estis exstincti.* Ita denique vos primi mundi incolæ, qui Noë monenti ac tanto tempore prænuntianti auscultare noluistis in peccatis vestris mortui, diluuij vndis estis suffocati. At melius & prudenter, vos Niniuite, egistis, qui Deum, dum inueniri potuit, quæsuistis, & ad primam Propheta prædicationem, à vita vestra pessima ad Deum tota corde estis conuersi.

*In peccatis vestris moriemini, id est, con-*

*demabimini. anæ igitur Deus alicui dam-*

*natio-*

potest nationem suam reuelare potest?anne peccatori sententiam mortis irreuocabilem potest suggestre & manifestare? Non equidem existimo. hac enim ratione fieret, vt animæ in desperationis barathru p̄cipitarentur. Hoc saltem constat, Domine, atque etiam credo, quod licet mihi me damnandum reuelasses, humiliter responderem. Bene quidem clementissime Domine, si in peccato perseuerem, non vero, si facta pœnitentia me de numero electo pertimesco, hoc tamen mihi de te confisus tu facere. arrogare audeam, ac dicere, quod, quamuis nomen meum in libro reprobatorum & damnatorum confignasses; si in hac vita pœnitentiam egero, tc. (ignosce, si loquat audacius) nomen meum delere, atque in electorum me numerum cogam ascribere. Quid vero impedit, quo minus hoc liceat dicere: David mihi p̄auuit, ac viam monstrauit dicens: Deleantur de libro viventium, & cum iusti non scribantur. Deniq; benig-nissime Domine, condidisti me quidem sine me, at me sine me damnare non vales. Hoc enim bonitati tuae aduersatur, & libertati meæ patrocinatur.

Est igitur sententia hæc comminatoria, & interlocutoria, appelletur prout libitum fuerit, non vero definitiva & certa. Nolite itaque ò animæ pauidae & mericulose ad hanc p̄destinationem & reprobationem conternari, nolite credere quidquid ministri vobis & heretici insulserint. Verum credite & quidem firmiter, nunquam vos damnandas, quod damnadas p̄auiderit Deus: verum, quod ipse ab omni æternitate nunquam vos pœnitentiam de peccatis acturas, & in ipsis morituras p̄auiderit. Ita ut dicere liceat, vestram vobis periculaciam & obdurationem, non vero Dei p̄scientiam, damnationis causam futuram.

Quamobrem clementissime ac benignissime Domine, qui hominem ad damnationem minime creasti, & non vis mortem peccatoris: sed magis ut conuertatur & vivat, quip; cum quotidie ut pœnitentias expectas: Concede nobis, obsecro, tempus, gratiam & animum, ut dignam pro peccatis pœnitentiam agamus, & quamdiu vita fax-

ardebit, bonis operibus incumbamus. Ante omania vero mane nobiscum, noli nos derelinquere, noli nos gratia tua destituere: nihil enim nobis aut funestius, aut acerbius accidere queat. Quod vero omnium est miserrimum, cum te iam amiserimus, periculum est, ne te quærentes vim quam amplius deinde inuenire possimus, & peccatis nostris moriamur. Auerte hoc igitur à nobis, aufer calamitatem hanc ab animis, ac triste hoc infortium ceruicibus nostris immensos procul repelle. At largire nobis gratiam, tuorum nobis aperi donorum thelauros, ac semper nobiscum permaneto: illa namque vera estratio, qua in librum electorum tuorum, quo ad p̄scentem quidem iustitiam in hac vita & quo ad gloriam in altera spectat, referamur. Amen.

## FERIA III. POST DOMIN.

## II. QVADRAGESIMÆ.

## Partitio.

I. *De fide & obdientia Ecclesia prestanda.*

II. *De Cathedra.*

III. *De Scribis.*

IV. *De Phariseis.*

*Super Cathedram Mosis sederunt Scribe & Pharisei. Omnia quæcumque dixerint vobis, seruate & facite. Matth. 23.*

## FIGVR A..

POTENS ille Persarum Monarcha Dan. 6.  
Pius super omnes regni provincias ac regiones euentum ac viginti satrapas, veluti regni custodes & Episcopos constituit: ac super omnes hos Principes tres ex quorum numero Daniel, omnibus negotiis superintendentes simulque decreuit, ut priores satrapæ tribus illis rationem redderent, simulque obdientiam p̄starent: atque illos veluti maiestatis regiae vicarios, omnes regni subditi agnoscerent. Id vero, quod olim Darius in sua reip. statu, ad regni regimen & gubernationem, p̄stituit, Deus regum

Qq. 3. Rex.